

quas in eorum perfidiam nuper edidimus, instruat, et libellum eis huius operis tradat, qui et manifeste illis in conventu relegantur ecclesiae, atque semper secum pro testimonio instructionis reportent. Iam vero, postquam illis publice in ecclesia fuerit lectus liber iste, vel traditus, si quis eorum postea, aut se defuisse, quum legeretur, contendant; aut ignorasse, quae inibi praecipitur, asserat: nulla se ulterius poterit excusatione de-

fendere; sed in quocumque postea fuerit quisquis ille praevericator inventus, in nullo erit harum legum sententiam evasurus. Nam et illud necessario huic legi adiciamus, ut omnium professionum, atque conditionum scripturas, quas quisque ille iudaeus sacerdoti suo amodo obtulerit, sollicitè unusquisque sacerdos in actis suae ecclesiae condant, qualiter pro eorumdem perfidorum testimonio studiosius conservare persistat.

INDEX

LIBRORUM AC TITULORUM QUI IN FORO IUDICUM CONTINENTUR.

PRIMUS TITULUS.
De electione principum et de communione eorum qualiter iuste iudicent vel de ultore nequiter iudicantium. pag. 1

LIBER I.
DE INSTRUMENTIS LEGALIBUS.
I. *Titulus.* De legislatore. pag. 1
II. De lege. lb.

LIBER II.
DE NECOTIIS CAUSARUM.
I. *Titulus.* De iudicibus et iudicatis. pag. 2
II. De negotiorum exordiis. 9
III. De mandatoribus et mandatis. 11
IV. De testibus et testimoniis. 12
V. De scripturis valituris et infirmandis, ac defunctorum voluntatibus conscribendis. 14

LIBER III.
DE ORDINE CONJUGALI.
I. *Titulus.* De dispositionibus nuptiarum. pag. 17
II. De nuptiis illicitis. 18
III. De raptu virginum vel viduarum. 20
IV. De adulteris. 21
V. De incestis, et apostatis atque masculorum concubitoribus. 23
VI. De divitiis nuptiarum, et discidio sponsorum. 23

LIBER IV.
DE ORIGINE NATURALI.
I. *Titulus.* De gradibus. pag. 26
II. De successioneibus. lb.
III. De pupulis et de eorum tutoribus. 29
IV. De expositis infantibus. 30
V. De naturalibus bonis. lb.

LIBER V.
DE TRANSACTIONIBUS.
I. *Titulus.* De ecclesiasticis rebus. pag. 32
II. De donationibus generalibus. 34
III. De patronorum donationibus. 35
IV. De commutationibus et venditionibus. lb.
V. De commendatis et commodatis. 37
VI. De pignori et debitis. 39
VII. De libertatibus et libertis. lb.

LIBER VI.
DE SCELERIBUS ET TORMENTIS.
I. *Titulus.* De accusatoribus et criminosis. pag. 42
II. De maleficis et consulentibus eos, atque de veneficis. 43
III. De excutientibus hominum partus. 44

IV. De contumeliis, vulnere et debilitatione hominum. pag. 44
V. De caede et morte hominum. 46

LIBER VII.
DE FURTIS ET FALLACIIS.
I. *Titulus.* De indicibus furti. pag. 49
II. De furibus et furtis. 50
III. De usurpatoribus et plagiatoribus mancipiorum. 52
IV. De custodia et sententia damnatorum. lb.
V. De falsariis scripturarum. 53
VI. De falsariis metallorum. 54

LIBER VIII.
DE ILLATIS VIOLENTIIS ET DAMNIS.
I. *Titulus.* De invasionibus et direptionibus. pag. 58
II. De incendiis, et incensibus. 56
III. De damnis arborum, hortorum vel frugum quarumcumque. 57
IV. De damnis animalium vel diversarum rerum. 59
V. De pascendis porcis et animalibus denuntiandis errantibus. 62
VI. De apibus et earum damnis. 63

LIBER IX.
DE FUGITIIS ET DE REFUGIENTIBUS.
I. *Titulus.* De fugitivis et occultatoribus fugamque praebentibus. pag. 65
II. De his qui ad bellum non vadunt, aut de bello refugiant. 66
III. De his qui ad ecclesiam confugiunt. 69

LIBER X.
DE DIVISIONIBUS ET ANNORUM TEMPORIBUS ATQUE LIMITIBUS.
I. *Titulus.* De divisionibus et terris ad placitum datis. pag. 69
II. De quinquagenarii et tricenalis temporis intentione. 71
III. De terminis et limitibus. 72

LIBER XI.
DE AEGROTIS ATQUE MORTUIS ET TRANSMARINIS NEGOTIATORIBUS.
I. *Titulus.* De medicis et de aegrotis. pag. 75
II. De inquietudine sepulcrorum. lb.
III. De transmarinis negotiatoribus. lb.

LIBER XII.
DE REMOVENDIS PRESSURIS, ET OMNIUM HAERETICORUM OMNIMODÒ SECTIS EXTINGUENDIS.
I. *Titulus.* De temperando iudicio et removenda pressura. pag. 74
II. De omnium haereticorum atque iudeorum cunctis erroribus amputatis. lb.
III. De novellis legibus iudeorum quo et vetera confirmantur et nova adiecta sunt. 78

GLOSSARIUM

VOCVM BARBARARVM ET EXOTICARVM QVÆ IN LIBRO JVDICVM CONTINENTVR.

A

Abinceps. Deinceps.
Aborbitare. Decedere, quasi ab orbita defletere, declinare.
Aborsus. Abortus, partus immaturus.
Abortare. Immatura parere.
Abconsus. Absconditus. Vrbali hoc delectatus imprimis est Jul. Firmicus, qui inde etiam substantivum formavit *abconsor*.
Absentia. Defectus.
Accola. Colonus seu adscriptitijs, qui simul cum prædio venibat.
Achorosus capite vel cervice. Sic melius pro *marcosus* vel *macroso*. *Achorosus* autem ille est, qui caput habet ulceribus plenum, pute manantibus. Nam *achores* græc. ἀχώρας, ulcera sunt capitis puerorum manantia, quæ Suidas exponit *furfures capitis*.
Actor. Populi rerum vel causarum defensor, patronus. Dicitur etiam *actor regis* et *actor publicus*.
Adaratio. Ad aeris pretium redactio, vel taxatio.
Adaquare. Jumentis aquam ad bibendum porrigere.
Adecrescere. Evenire, oriri.
Adnotatus. Damnat, reus.
Adponere. Audere, statuere.
Adpretiare. Pretium statuere, pretium rei cuius imponere.
Adprobare. Ostendere.
Adprobratus. Convictus.
Adtemptare. Conari, sollicitare.
Adversitas. Incurio, insurrectio.
Advivere. Vivere, superstitem esse.
Adulter. Stuprator, fornicator.
Adulterare. Stuprare, fornicari, virginem corrumpere.
Adulterium. Stuprum, et quevis fornicatio.
Era. In divisione librorum caput, sectio.
Eter na lex. Lex perpetua servanda. Idem significat lib. XII. tit. III. l. 1. p. 149. *lex jugi temporum æternitate valitura*.
Eternum exilium. Perpetuum, non ad tempus, sed usque ad mortem.
Allare. Ad altare sanctum, vel ad altaria sancta confugere. In ecclesiâ vel templo christianorum asylum quaerere.
Altarium. Altare.
Alteratus. Alternus, mutuus.
Amalachita vel **Amalechita.** Amalecita. Amalecita posteri Amalec, עמלק, nepotis. Esau ex filio Eliphaz et concubina Tamna (Genes XXXVI. 12.), regionem inhabitavit inter Cadesch et urbem Palmarum sive Engaddi, loca nempe mari magno viciniora, et propinqua regioni Philistæorum.
Ambitio. Copia, abundantia.
Ambitio. Avaritia.
Angaria. Onus personis aut agris impositum; tum et injuria, vexatio.
Angulus. Dolus, vafrietas, calliditas.
Anima. Vita.
Animus. Homo. Eodem sensu *animam* dixere medi ævi scriptores.
Annona. Ordeum, triticum, frumentum secale, bladam.
Annonarius. Erogator annonæ; officialis seu magistratus, qui militibus in civitatibus et castellis constitutis *annonam* sine fraude exhibebat.
Annositas. Annorum series.
Annulus. Sigillum quod iudex vel saio aliquid

T. I.

obsignabat, fraudis vitandæ gratiâ. Nam veteres annulo sigilla imprimebant.
Anti-christus. Futurus in fine mundi seductor populorum.
Apertus campus. Incultus, desertus.
Apostaticus. Apostata; monachus, qui a vitâ monasticâ, spretis votis, deficit.
Apostatizare. A monastica vitâ, spretis votis, deficere; ad sæcularem vitâ, relicto monasterio, redire.
Applicare. In agro, in itinere sub tentorijs degere.
Aqua major. Flumen.
Aratrum. Agri modus, mensura: quantum terra uno aratro arari potest.
Arbitrari. Ob oculos ponere, contemplari.
Arca. Agrimensuribus signum finale in prædiorum finibus constitutum.
Arca, Arca publica. Fiscus, thesaurus publicus.
Arduus. Arctus, adstrictus.
Argentarius. Qui in regiâ domo custodiebat argentum: tum et monetariorum præpositus.
Argenteus. Vetus apud francos et alias gentes septentrionales nummus. Octo argentei uni solido aureo respondebant.
Argenteus. Nummus argenteus. Corrupte dicitur etiam *argencius*, *argencium*, *argentum*.
Argumentatio. Ars vel strophæ, qua quis fallitur.
Argumentum. Ars qua quis fallitur, fraus.
Aripennis. Mensura, qua finitores et agrimensores agros metiuntur. Non una fuit semper et ubivis *aripennis* mensura.
Aræ. Munera in sponsalibus dari solita.
Artifex. Dolosus, duplex.
Attentare. Conari.
Auctor. Rerum omnium conditor, creator Deus.
Auctoritas. Diploma regis, edictum iudicis, constitutio.
Audientia. Consessus, conventus.
Audientia. Judicium.
Auditor. Iudex: inquisitor a iudice delegatus ad rerum controversarum veritatem detegendam.
Auditus. Auris.
Authenticum. Originale instrumentum.

B

Basilica. Templum, ædes sacra.
Basilicarum Dei se defensionis committere. In templo asylum quaerere. V. *Ad altaria sancta confugere*.
Blasphemare. Deo maledicere, impiè loqui.
Blasphemator. Blasphemus, qui Deo maledicit.
Blasphemia. In Deum maledictio, impium verbum.
Beneficium. Compensatio.
Boni homines. Viri probi.
Bruma. Hyemale tempus. *Brumam* dixere veteres solstitii hyemalis diem, quo sol ingreditur primum gradum capricornii.
Bucella. Buccella, morsella panis.
Bucellarius. Buccellarius, qui in alterius patrocinio est, et patroni panem edit, cliens, parasitus.

C

Caballus. Equus vilior, qui pistrinis, agriculturæ et vecturis mercium inservit.
Calumnia. Pœna pecuniaria.

Calx. Plaga vel contusio calce inflata.
Canon. Lex ecclesiastica.
Canon. Pensitatio, pensio annua.
Capita majora. Armenti pecudes, vedelicet boves, cameli, cervi, equi, muli.
Capita minor. Gregis pecora, oves nimirum, capræ, porci.
In capite alterius torqueri. Torqueri pro crimine ab alio commisso, ut qui torquetur illud detegat.
Capitulum. Canon ecclesiasticus.
Capitulum. Regia sanctio, ea potissimum quæ edebatur in publicis comitijs, in casibus quos leges non designabant.
Capitulum. Dictum, sententia, causa.
Capiositas. Calliditas, fraudulentia.
Caput. Quodeunque in recensione numerum efficit.
Character vel **character.** Signum, quod arbori, saxo, aut animanti imprimatur aut inuritur, ut ex eo dignosci possit.
Carcerarius. Carceris custos.
Carica. Patronicum primò ficus optimæ: deinde pro omni ficu, præsertim arida, dici cœpit.
Caricare. Onerare: a *carica* seu *carrica*, onus.
Caricare. Onerare, onus imponere, curru vehere.
Castellum. Parvum castrum: pagus seu vicus fossâ murisque cinctus.
Casus pro **ausus**, videtur mendum: nam utrumque facile librarij confundunt.
Cataplus. Locus conclusus, vel statio munita, quò importantur merces, et inde exportantur.
Catenaticum seu **Catenatum.** Quod *catenæ* vel *carceris* nomine commentariensi datur.
Catholicus amor. Charitas, Christi dilectio.
Causa. Judicium, placitum. Inde *causam movere*, in *causam vocare*.
Causare. Litigare, causam agere.
Causatio. Acusatio, lis, controversia.
Celsitudo. Honorarius regum titulus.
Censio. Onus, gravamen.
Censura. Animadversio, castigatio, pœna.
Centena. Centum milites, quibus præerat centenarius.
Centenarius. Qui centum militibus præerat.
Veteribus centurio.
Charta. Instrumentum, contractus, conventio.
Chartula. Charta, instrumentum.
Chorus. Templum, altare.
Christianitas. Religio christiana.
Christianus. Ad Christum pertinens, Christi Assecta.
Clementissimus. Honorarius imperatorum ac regum titulus.
Clusura. Locus ubi concluduntur aquæ fluminis.
Clusura. Septum in quo bestię custodiuntur.
Cognitor. Cui res pleniùs et clarius nota est.
Comes. Iudex civitatis, prefectus, qui civitati præest, in eaque iudicis munus implet.
Christicola. Christi cultor, christianus.
Circulus. Circus, quo dolia et vascula constringi et contineri solent.
Circumcidere. Judaico ritu præputium abscindere.
Circumcisio. Abscisio præputii, qua consignabatur iudeorum caro, ut populus ille a ceteris distingueretur.
Clausura. Septum in quo animalia custodiuntur, vel quo vineæ, prata, vel arva muniuntur.
Clansura. Ager sepibus clausus.

Clausura. Locus ubi concluduntur aquae fluminis. Dicitur etiam clusura, exclusa, conclusio aquarum.
Clementia. Titulus honorarius principum.
Commodum. Stipendium.
Communitorium. Epistola, qua quis commo-
 netur, ut rem mandatam exequatur.
Comparare. Emere.
Compositus. In carcere detentus.
Compendium. Precaria, redditus.
Complanare. Diruere.
Componere. Delictum transactione et composi-
 tione interveniente expiare ac luere, et
 cum laeso aut ejus haeredibus de mulcta ac
 poena propter illud irroganda pacisci.
Componere. Mulctam pecuniariam à lege defi-
 nitam, vel à iudice pro delicti vel criminis
 modo et qualitate statutam, solvere.
Componere. Statuere, stabilire.
Compositio. Pecuniae summa vel mulcta sonti-
 imposita ad luendum crimen, damnumve
 resarciendum.
Compulsor exercitus. Qui jussu Regis milites
 in hostem exire compellebat.
Conare. Conari.
Conclusio aquarum. Locus ubi concluduntur
 aquae. Dicitur etiam *Exclusa*.
Conclusus. Ager, seu quivis locus sepihus
 munitus.
Condemnatio. Delicti poena, vindicta.
Conductus. Tutela, defensio.
Confugium facere. Confugere, accurere.
Conferant ad calcem. Filii duorum fratrum.
Conlaqueare. Illaqueare, laqueo constringe-
 re, irretire.
Concludium. Dolus, fraus.
Concludium. Collusio, jurgium, rixae.
Conscientiamjuramento expiare. Propriojura-
 mento, vel si oporteat juramento compurga-
 torum, super objecto crimine diffamati in-
 nocentiam probare, ostendere.
Conscientiam sacramentis purgare. V. *Con-*
scientiamjuramento expiare.
Conscius. Complex. *Falsitatis conscius*, adul-
 terati vel corrupti chirographi particeps.
Consequens. Aequum, justum, fas.
Constitutio. Praestatio, quae ex constituto ex-
 solvitur.
Contemplatio. Respectus.
Contentionis apex. Rixandi, litigandi libido.
Continere. Fovere, custodire.
Contingere. Custodire.
Contropare. Adplicare, comparare.
Contropatio. Quasi *contropactio*, ait Dufres-
 nius: compensatio.
Contumelium. Contumelia.
Contumelium corporis. Vultus inflicium.
Conventus certantium. Exercitus. Dicitur etiam
conventus mercantium.
Conventus mercantium. Emporium, forum
 publicum, nundinae publicae, foerae.
Conventus mercantium. Exercitus. Nam *meren-*
tes hoc loco milites designari censet Duf-
 fres.
Copulum. Copula, copulatio.
Cors vel cortis. Verteribus erat atrium rusticum
 stabulis et aliis aedificiis circumdatum.
Cotrosus. Qui caput habet ulceribus scatens
 Hist. codd. *gotroso*.
Creare. Gignere, procreare.
Creatus. Genitus.
Credulitas. Professio fidei.
Criminalis culpa. Crimen capitale.
Cultor ecclesiae. Aedituus, presbiter, cui cura
 et custodia ecclesiae demandata est, qui
 etiam *custos ecclesiae* appellatur.
Curialis. Decurio, qui civilia munera procura-
 bat, unde nomen sortitus est.
Curtare. Abscindere, amputare.
Custos ecclesiae. Aedituus, clericus cui cura
 et custodia ecclesiae demandata est. Vocatur
 etiam *custos basilicae*, *custos sacrarii*.
D
Debilis. Vulneratus.
Debilitare. Mutilare, truncare.
Debilitare. Vulnerare; inutiliter reddere.
Debilitatio. Vultus.
Debilitatio. Mutillatio.
Debilitatus. Vulneratus.
Decalvare. Membrum aliquo mutilatus.
Decalvatio. Poena ad ignominiam et injuriam
 per abscissionem capillorum inflicta.

Decania. V. *Decanus*.
Decanus. In re militari qui decem militibus
 praepositus est, quorum manipulus *decania*
 vocatur.
Decimum. Decima, vel decima pars alicujus
 rei, quae vice tributi exsolvitur.
Decuria. Nota X. seu incisio facta in arbori-
 bus, saxis, aut rupibus.
Defensor. Syndicus, qui negotia civitatis sus-
 cipiebat: tribunus plebis decretis civium
 electus, ut disciplinae invigilaret, tributa
 curaret, nauceros et mercatores tuere-
 tur etc.
Defrangere. Disrumpere, perdere, incultum,
 horridum reddere.
Deligare. Delegare.
Denotatus. Convictus.
Desecare. Secus interpretari, perperam inte-
 ligere.
Designanter. Designate.
Designare. Signum vel sigillum tollere, au-
 ferre.
Deturpatio. Abscisio, lesio.
Devota. Femina, virgo, quae se Deo vovit.
Differe se. Separari, abesse, abire, disce-
 dere.
Difficilitas. Difficultas.
Digniter. Digne.
Dilatatus. Ditatus, dives factus.
Dilectus. Diligenter conservatus, incolumis.
Diligere. Diligenter servare, incolumem red-
 dere.
Diluere. Demere, radere.
Diocesanus, a. Dioecesis constitutus.
Disciplina. Flagellatio ex decreto judicis in-
 flicta.
Disciplina. Poena ex decreto judicis inflicta.
Disciplinam non ad infamiam notam pertinere.
 Nullam infamiae notam viris liberis et inge-
 nuiis flagellatiom poenam inurere.
Disponere. Desponsare, despondere.
Dispositum. Consilium, intentio, animi decre-
 tum.
Dissimulare. Differre, reluctari, nolle.
Disturbator. Qui avertit, vel separat aliquem
 ab alio.
Disturpatus. Deturpatus, foedus, turpis.
Divalis. Regius, supremus. Sic *Divali officium*,
 munus regium, auctoritas Principis: *Divalis*
jussio, *Divale constitutum*, *Divalis sanctio*,
Divale praecipium, *Divales litterae*,
 edictum, lex, mandatum Regis, Imperatoris.
Divinus. Augur, artholus, fatidicus.
Divus. Faustus, felix.
Duplatio. Duplicatio, in duplum auctio.
Duae. Multarum civitatum praeses, quae singu-
 lae a comitibus regebantur.

E

Ecclesia Dei. Templum.
Ad Ecclesiae porticos confugere. V. *Ad altare*
sanctum confugere.
Elementum fluens. Aqua.
Eligere. Judicare, existimare.
Elogium. Ut hic *profanationis elogium* pro cri-
 mine, vel criminis nota, sic *elogium* apud
 mediæ aevi scriptores ignominiam aut crimi-
 num ordinem denotat.
Ad episcopum confugere. In episcopali domo
 asylum quaerere.
Erroneus. Errans, vagans.
Evertere. Dolo malo disperdere, injuriâ occi-
 dere.
Examen. Judicium. S. Eulog. (Memor. lib. 1.)
Nec terrorem futuri examinis metuat.
Examen publicum. Judicis sententia.
Examinatio caldariae. Una ex purgationibus
 vulgaribus quas *judicia Dei* appellabant. In
 eo examine qui de crimine suspectus erat,
 quò se purgaret, manum in aquam ferven-
 tem nudato brachio immittebat; atque si
 illaesam extraheret, innocens, si contra,
 reus pronuntiabatur.
Examinatio judicis vel judicialis. Processus,
 iudicium. (V. *Examen*.)
Examinatio penalis, vel poenae. Poena corpo-
 ralis, tortura alicui.
Exceptio. Praeter, nisi.
Excludere flumen. Defixis per flumen lignis,
 aggregatisque lapidum magnorum acervis
 aquas concludere.
Exclusa. Locus ubi concluduntur aquae.
Excommunicatio. A quibusdam civis prohibi-

tio. Non semper media aetas accepit excom-
 municationem rigorosè pro ecclesiastica
 censura; quandoque enim excommunicari
 dicebantur qui a mensa tantum aut a qui-
 busdam cibis, aut a cohabitatione ar-
 cebantur.

Excipere. De alterius manibus eripere.
Exercitialis. Miles.
Expeditio, vel Expeditio publica. Apparatus
 militaris.
Explorare. Exposcere.

F

Factio. Pravam facinus, malitia, unde *factio-*
sus, malitiosus.
Facultas. Quod quisque in patrimonio ac bo-
 nis habet. *Facultates equestris ordinis* pro
 censu equestris Plinius dixit.
Facundior. Ditiior.
Falsare. Adulterare, corrumpere.
Fatigium. Aerumna, molestia, calamitas.
Feria. Quilibet hebdomadae dies, excepto do-
 minico.
Ferire. Punire, poenam infligere.
Festum nuptiale. Videtur mendum pro *foedus*,
 ut habet cod. Cardon. Nisi forte *nuptiale*
festum nuptiale pompam significet.
Fidelis. Christianus, catholicus, qui Romanae
 Ecclesiae fidem amplectitur.
Fidelis. Subditus, vasallus.
Fides. Secta, credulitas.
Fides religiosa. Fides catholica.
Fiscalis res fiscales. Quae ad regium fiscum
 pertinent.
Fiscalis servus. Qui fisco seu praedio principis
 deserviebat, eratque ei quodammodo adie-
 ctus. Dicebatur etiam *fiscalinus*.
Flagella sustentare, sustinere, suscipere. Fla-
 gellari.
Flagellis fustigare. Flagellare.
Flagellum. Ictus flagelli.
Flebotomare vel Phlebotomare. Venam inci-
 dere.
Flebotomia. Incisio venae.
Flebotomum. Venae incisio. Fortè scalpellum
 chirurgicum.
Fortialiter. Potenter, fortiter.
Fossatum, vel fossatus. Vallum, fossa.
Fraternitas. Societas inita inter unius ditionis
 aut regni membra.
Functio. Tributorum exsolutio.
Fuscare. Maculare, polluere.
Fustigare. Fustibus percutere, caedere.

G

Gardingus. In aula gothor. Hisp. Regum ma-
 jor quidam et honoratior palatii officialis.
 cui forte commissa erat regis custodia: a
 teutonice *gard* custodia: nisi optimatem
 palatii absolute significet, a *gard*, aula, pa-
 latium: vel praefectum urbis, si denomina-
 tio fiat a *gard*, urbs.
Genebrosus. Hisp. codd. *tinioso*.
Gestum legale. Lex.
Gillonarius, Gellonarius. Qui *gillonum* seu *gel-*
lonum curam gerit. *Gillo* seu *gello* aqualis
 sive vasis genus est, quod alias *baucalis* di-
 cebatur, à graeco βαυκαλιον, ut cognoscimus
 ex Glossis latino-graecis, ex Isidoro, Pa-
 pia etc.
Glandifer. Glandibus abundans.
Gloria. Titulus honorarius Regibus et magna-
 tibus concessus.
Gotrosus. V. Cotrosus.
Grandæbus. V. Gardingus.
Gratissime. Libentissimè.
Gravedo. Afflicio, molestia, pondus. Quando-
 que etiam *gravitatem* denotat, constantiam
 nempe quandam in honestate decoreque
 servandis.
Gravosus. Molestus, incommodus, gravis.
Guardia. Custodia, praesidium, statio. Inde
guardiare: *guardare*, custodire, tueri,
 defendere.

H

Habitio. Tenuta, possessio.
Hæreditare. Hæreditatem obtinere, succe-
 dere.
Hæresium. Pro *haeresum* mendum videtur li-
 brarii. Fortè pro *haereticorum* mendosius:
 nam Hisp. codd. reddunt. *los hereses*.
Holographus. Graece ὁλόγραφος pro ἰδιόγρα-
 φος; ab ὁλόγραφειν, integras dictiones scribere.

P

expeditionem lecti; vasalli, subditi quos
 alii *homines* vel *servientes* appellant. Inter-
 dum dicuntur *Leudes* vasalli nobilioris.
Liberare. Expedire, indicare.
Libertate. Liberum facere, manumittere.
Licenter. Licite.
Ligamentum. Veneficium et omne maleficium
 genus.
Linea. Stirps, series cognationis, qua cognati
 inter se coherent.
Longavitas. Longum tempus, diuturnitas.
Luna. Quilibet mensis.

M

Machinare. Machinari.
Macrosus capite vel cervice. Mendum videtur
 pro *Achorosus* (V. *Achorosus*.)
Malacita. Amalacita. V. *Amalacita*.
Maleficium. Praestigiandi ars, veneficium ma-
 gorum superstitio.
Maleficus. Magus, incantator. Vox nota sanc-
 torum Hieronymo, Agostino, aliisque eccle-
 siasticis scriptoribus; vulgi consuetudine
 introducta fuit, ut doce Lactantius.
Mandatum. Procurationis charta.
Mansor. Qui ingenui aut servi agrum excolit.
Macrosus capite vel cervice. Mendum pro
Achorosus (V. *Achorosus*.) *Macrosus*, ille
 esse videtur, qui cervicem habet equinae
 similem.
Meliorare. Meliorem vel melius reddere. Priv.
 Adept. VII. ap. Buriel. DD. 69. in Regia Bi-
 bliotheca Matritensi. *Illos privilegios, quos...*
melioravit et confirmavit.
Meliorari. Convalescere.
Melioratus. Melior, fidedignior.
Membrum Christi. Lidelis, christianus.
Mesox. Salmo. V. *Isox*.
Mesiva foera. Dies, in quibus ob messium
 collectionem nullus ad causam incidendam
 venire cogebatur.
Meta dierum. Tempus praescriptum, dies pre-
 finiti.
Mille vel Millium. Milliare, milliarium, spa-
 tium mille passuum.
Millenarius. Qui mille praestit militibus.
Molitus, Molinum. Molendinum, domus ubi
 molitur farina et teritur.
Mortalis culpa. Crimen cuius poena mors est.
Mortalis poena. Poena capitis.
Munificare. Munera largiri.

N

Neomenia. Festum iudeorum, quod faciunt in
 novilunio. Vox graeca est: Νεομηνία nova
 luna, vel novilunium.
Nobilis. Dominus, clarus, illustris. Gothi, si-
 cut Saxones et aliae septentrionales gentes
 divisi sunt in *nobiles*, *ingenuos* et *servos*.
Notenter. Invitè.
Notabilis. Reprehensibilis, notè dignus.
Notarius vel Notarius publicus. Publicorum
 instrumentorum scriptor.
Notarius regiae celsitudinis. Qui in populis re-
 giae ditioni subjectis suo officio uti, et ins-
 trumenta conficere poterat. Eodem sensu
Notarii Regis, *Notarii Imperiales* in mediæ
 aevi chartis reperuntur.
Numerarius. Qui publicum nummum pecu-
 niam nempe regiam, ex tributis et portoriis
 et vectigalibus partam, in aeraria inferebat.
Numerositas. Multitudo.

O

Obclatio. Occultatio. *Obclare*, pro *celare*,
occultare invenitur in Concil. Tolet. XIII.
 cap. XI.
Obhorrescere. Abhorre, fugere.
Objectio. Noxa, damnum.
Observantia. Lex.
Octeni. Octo.
Omittere. Demittere.
Omnem visionem oculorum extinguere. Oculos
 eruere.
Omnimodis. Omnino, omnibus modis.
Omnimodus. Universalis, omnes complectens.
Oppignorare. Oppignorare, pignori tradere.
Ordo. Statutum, ordinatio.
Ordo, seu Ordo religionis. Professio monasti-
 ca. (V. *Religio*.)
Ordo tonsurae. Professio monastica.
Ossum. Os, ossis.

narum bona etiam nomine censentur libri censuales, in quibus descripti quotquot censuales ac tributarii erant, ipsaque solutio ratio exarata.

Pomarium. Hortus arboribus fructiferis constitutus, ahe ubi poma nascuntur.

Sub poenitentia persistere. Poenae subjacere. Nam poenitentia quibusdam mediae aetatis scriptoribus absolute pro poena dicitur.

Ponderositas. Hernia *Ponderosus* enim est qui hernia laborat. (Levit. XXI. 18. 20.)

Ponderosus. Qui hernia laborat. Hisp. Codd. perperam reddunt *corcobado*.

Populus Dei. Dicitur regnum christiani principis, plebs christiana.

Possessio. Territorium. Aliqui Hisp. Codd. reddunt *villa, isla*.

In postmodum. In posterum, deinceps.

Potens. Nobilis, dominus, primas.

Potentialiter. Ex auctoritate.

Potestas. Regia potestas. Rex, Princeps.

Potio. Venenum. Codd. Hisp. reddunt *yerbas*. Inde *potionatus*, veneno sublatu: et *impotionare*, veneno propinato extinguere, unde Hispani *emponzoñar*, sicut a *potione pozoña*.

Præceptio. Charta regia.

Præpositus. Minor iudex qui in pagis et minoribus oppidis res domini aut regis curat.

Prærogare. Præstare.

Præsentare. Sistere aliquid.

Præsentialiter. Coram.

Præstare. Permittere.

Præstare. Commodare.

Præstitum. Præstatio, tributum quod domino præstatur.

Præstos. Paratus, præsens.

Præsumere. Contra jus sumere.

Præsumere. Aliquid contra jus moliri.

Præsumptio. Usurpatio, actio injusta, crimen, insolentia, temeritas.

Præsumptiosus. Qui aliquid contra jus audet.

Præsumptivè. Injustè, arroganter.

Præsumptivo modo, vel more. Vi, injustè.

Præsumptivus. Injustus, violentus.

Præsumptor. Qui aliquid contra jus molitur.

Præsumptuose. Injustè, arroganter.

Præsumptuosus. Qui aliquid contra jus molitur vel audet committere.

Prævaricare. Usurpare, invadere, vi aut injustè tollere.

Præventus. Convictus.

Prægnans. Opus, res, actio: item, lis, negotium, causa, sententia, statutum.

Prægnans. Causidicus.

Præcaria, seu Præcaria epistola. Charta quæ quis prædium sub annuo censu ad vitam utendum accipit, illud *præcarium* possessurus. Latiori etiam sensu dicitur charta, qua ad vitam sibi aliquis usum fructum earum possessionum, vel etiam aliarum, quas alicui ecclesie concessit, retinet, vel illi concedunt recipientes.

Prælatum. Pretium rei cuiquam imponere.

Prælati palatii. Procures qui in aula regia primum obtinebant locum.

Præcipuus. Ad principem pertinens, quod præcipuum est principis.

Privare. Abjicere, respicere.

Probabiliter. Rectè, ut par est.

Procurator loci. Qui res alicujus populi agit.

Prodefacere. Prodesse, aptum, utilem esse.

Professio. Confessio rei coram iudice.

Profligare. Colligere, adquirere.

Profligatio. Exactio, collectio.

Profuturus. Futurus.

Proles. In plur. num. filii.

Propinquitas sanguinis. Consanguineus.

Proprietas. Possessio, fundus, bona comparata, vel quæ ex successione parentum alicui obveniunt.

Propulsare. Ostendere, probare, conficere.

Prosclytus. Advena, adventitius.

Provincialis. Indigena, provincie incolæ.

Proximus. Affinis, consanguineus.

Publicare. Apud iudicem sistere.

Pugnus. Plaga pugno inflicta.

Pulletrum. Pullus equinus.

Purificationis unda. Baptismus.

Q

Questionari, Quæstionare. Torquere.

Querela. Actio.

Querelare. Queri: item accusare in iudicio, nomen deferre, diem dicere.

Quingentarius. Qui præest quingentis militibus.

Quinquagenalis. Quinquagenarius.

Quinquagenarius. Qui quinquaginta militibus præerat.

R

Reformare. Reddere, restituere, reparare.

Regimonium. Regum, regis ditio.

Religio. Gradus, dignitas in ecclesiastica hierarchia.

Religio, Religionis ordo. Vita seu professio monastica.

Religiositas. Clerus, virorum ecclesiasticorum cœtus, multitudo.

Religiosus. Divino cultui mancipatus, monasticis votis adstrictus.

Religiosus. Vir ecclesiasticus.

Renatus. Baptizatus.

Repedare. Redire.

Rescula. Res parvi momenti.

Resolutus. Solutus, affrenis.

Resultare. Repugnare, obsistere.

Romani. A Gothis dicti veteres provinciarum Hispanie incolæ, qui Romanis olim paruerant; ut a gentibus distinguerentur, qui eas invaserant.

Redimere se ab aliquo. Eum pretio dato corrumpere, in suas partes allicere.

Redemptio. Subornatio. V. Redimere.

S

Saio. Regis ac magistratus minister, ad ejus jussa exequenda paratus. Glossæ veteres *sationem* tortorem interpretatur, quod nobis etiam nunc in usu est, qui vocamus *Sayon* spiculatorem seu carnificem.

Salvare. Tuere, salvum et incolumem servare, præstare.

Salvatio. Salus.

Sanctimonialis. Femina aut virgo Deo dicata.

Sarracinator. Hisp. Codd. *Sarracin*. *Sarracinatorem* non esse *Sarracenum* id. est, Muhamedanum, vel inde colligitur, quod leges istæ late sint, antequam Muhamedani Hispanie provincias occupassent: fortè à Sarracenis dicitur aut à Scharf-kin germanicè tortoris filius, *hijo del verdugo*, et alia prolatione danicè Særkin pejeator, perjurus.

Scandalum. Bellum, dissidium, jurgium.

Sceltiqua. Siliqua, nomen minimi ponderis. Prisciano est tertia pars oboli, S. Isidoro vigesima quarta pars solidi.

Scrâma. Teli vel spathæ latioris genus.

Scriptura. Charta, scheda, litis instrumentum.

Scriptura falsa. Scriptum corruptum, charta conflictata, fraudulenter supposita. Inde *litterarum falsarius*, item *falsificare*, *falsigraphus*, *falsigraphia*, etc.

Secare. Metere. Inde mutata *c* en *g*, dictum est *Segare*, cujus exempla affert Dufresn. in Gloss. Hinc. hisp. *Segar*.

Sedes. Locus, ditio.

Seliqua Siliqua. V. Sceltiqua.

Senior vel Sennior. Dominus. Hinc hisp. *Señor*.

Sequestrare. Separare.

Sequestratum. Separatum.

Serenissimus. Titulus, quo imperatores et reges ornabantur.

Serenitas. Titulus honorarius imperatorum et regum.

Servi dominici. Qui jusu regis milites in hostem exire compellunt. Hist. Codd. *Los mandaderos, mandadores, ó mandados del Señor. Los sirvientes, servientes, ó servientes del Señor.* Dicebantur etiam *compulsores exercitus*.

Servus ecclesie. Mancipium ad ecclesiam pertinens, eique dictam addictum, ut ab ea recedere non liceret. Distinguntur hi *servi a libertis* vel *liberis* addicti etiam ecclesie servitio, qui *ecclesiastici viri* aut *homines* vocabantur.

Servus fisci seu fiscalis. Qui ad fiscum, regem vel dominum spectabat. Hic aule regie officii honorari poterat; ejus etiam sacramentis adhibebatur fides.

Seteni vel septeni. Septem.

Sictus. Monetæ species apud septentrionales populos, et quasdam Hispanie gentes.

Simultas. Simulatio, fraus.

Sociare fisco. Confiscare. Formula est vulgatissima.

Solidus vel solidus aureus. Nummus aureus, vel argenteus, cujus taxatio non una ubique et semper fuit.

Sordens. Sordidus, sordibus inquinatus.

Sors vel Sors gotica. Gothis erat agrorum pars, quæ in debellatis provinciis, tum victoribus, tum antiquis possessoribus sortitò evenerat.

Sospitas. Incolumitas, salus.

Spatha. Ensis, major gladius, ex utraque parte acutus. Veterum Gallorum propria fuit, a quibus eam accepere Romani.

Sponsare. Sponsalia, contrahere, uxorem dari.

Subcelare. Abscondere, tehere.

Subgitare. Conculcare, subagitare.

Sublimitio. Amplitudo, sublimitas.

Sublimitas. Titulus honoris regum. Tribuebatur interdum præfectis prætorii, et episcopis.

Substantia. Alimentum.

Succedere. Accedere.

Suffectus, us. Opus, officium; non qui pro alio substituitur, ut innuere videtur Dufresn.

Superstis. Superstes.

Supprestes. Superstes.

Supprestitis. Superstes.

T

Taopasus, vel Taoposus. (Hisp. Codd. *Vizco ó toposo*.) Cæcutiens videtur ducta vox a lat. *talpa*, animali noto, quod visu carere dicitur.

Telonarius. Portitor, telonei exactor ad quem teloneum pertinet.

Temeranter. Temere, imprudenter.

Templare. Transgredi, tentare.

Terra cultura. Ager qui colitur et aratur, vel coli potest. Dicebatur etiam *terra cultibilis, et cultiva*.

Tertia. Pars reddituum episcopis assignata cujus ratione ecclesiarum reparationi tenebantur.

Tertia Romanorum. Cod. Legion. et Lind. non *terras*, ut Cod. noster, sed *tertiarum Romano-*rum habent. Tertia fundorum partes, quas Gothi in debellatis Romani Imperii provinciis, devictis earum incolis reliquere, duabus residuis sibi usurpatis, quas *sortes goticas* vocat hæc lex, quoniam sorte ejusmodi agri inter victores dividebantur. (V. *Sors*.)

Testificare. Testificari.

Testimonium. Facultas comparendi coram iudice ad testimonium præbendum.

Thiufada, thiuphada, tyuphadia, vel Thiuphadia. Provincia thiuphadi; tum etiam officium, dignitas.

Thiufadus, thiufadus, thiuphadus. Apud Gothos, more ab omnibus populis germanicis recepto, duplicem personam sustinuit, militarem, et civilem, iudicis in pace, decurionis in bello. In aula Regum Gothicorum Hispanie, primus erat post *duces, comites* et *gardingos*, cui civilis administratio commissa fuit, tum et concessa licentia in quibusdam negotiis criminalibus iudicandi. Præpositus erat militaris inferioris ordinis, qui provinciales suos, regius subditus ex sua thiuphadia ad hostem exire compellebat. Unde Verelius in indice thiuphadum vocat, qui *turram quamquam vel cohortem rusticorum in arma convocat et dirigit*.

Tonsura. Capillorum incisio et spoliatio in coronæ formam.

Tranquillitas. Titulus honoris imperatorum.

Transcendere. Transgredi.

Tremissis. Triens, tertia pars assis.

Tribunus. Inter Gothos magistratus comite inferior, seu comitis vicarius.

Tricennalis annositas. Tricennium.

Triplatio. Triplicatio, in triplum auctio.

Triumphaliter. Vincendo, hostem superando, triumphum agendo.

Tutio. Tutela, for.

Turpare. Mutilare, lædere.

V

Vegetare. Fovere.

Venalitas. Corruptio, venditio.

Vervix. Vervex.

Vestis laicalis. Hoc in loco vestis religiosa:

forsitam oscitantia librarii accidit, ut vox *laicalis* inscriberetur pro *religiosa* aut *sanctimonialis* ut habent aliqui codices.

Vestis sanctimonialis. Professio monastica.

Vicarius. Qui in pagis et minoribus oppidis comitis aut alterius iudicis partes exequitur. Ejus jurisdictio erat tantum in levioribus causis.

Vigosus vel Wigosus. Hisp. Codd. *vizco, visgo, lisgo*.

Vires. Virilia.

Virtus. Vis hostilis, copia.

Pro vita sua non pertimescere. A poena mortis immunem esse.

Votive. Sponte, ex voto, optabiliter.

U

Usque hactenus. Hucusque.

Usque hic. Hucusque.

Usatus. Qui in usu est.

W

Wardia. Custodia. V. *Guardia*.

Z

Zava. Vestis militaris, lana vel gossipio facta, et acu stipata.

FUERO JUZGO

LIBRO DE LOS JUECES.